dei opera; et cultum a reverentia et amore manantem observare.
Vir pietate praeditus idemque doctus, Deo inservi-endo in quo-
-cunque munere est aptius. Annon igitur dicere licet veram
sapientiam et doctrinam plus affinitatis et cognationis cum
pietate, quam cum impietate, habere? — Annon dici potest
scientiam ad pietatem, et pietatem ad scientiam sua natura
tendere? Nonne statuendum et nobis mirabilem nexum
inter intellectum et bonos mores inveniri posse? —
Solomon dicit "Timor Dei est initium sapientiae et discedere
a malo est intelligentia." Et idem scriptor divinus ex
afflatu spiritus sancti, fere semper, pro impietate, ponit
stultitiam, et pro impiis stultos. — Nam peccatum non
tantum affectus cordis prorsus pollutit, sed etiam intellec-
-tum ipsum plerimum imminuit; at contra vera
scientia ad cognitionem et cultum Dei non potest nor ducere.
Pietas, aut morum probitas, quae pietatem semper comitatur, ad doctrinam
sive scientiam plurimum conferit. Sed nequitia et improbitas, partim
ignorantiam fovet, partim in errores ducit. Si, enim, mentis et
corporis sanitas, si amor veritatis, si cupido aut desiderium publicae
utilitatis, si, denique, diligentia, atque fortitudo animi, quicquam ad
doctrinam promovendam efficere possint, manifestum est, ea